

*Guglielmo Ruffo fa transuntare
e autenticare la lettera
di Guglielmo de Sabran*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Guglielmo Ruffo fa transuntare
e autenticare la lettera
di Guglielmo de Sabran*

1330-01-14

In nomine Domini amen anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo, die quarta decima mensis ianuarii, quartadecime inditionis, apud Giracium, regnate serenissimo domino nostro rege Roberto Dei gratia inclito Hierusalem et Sicilie rege Ducatus Apulie, et Principatus Capue, Provincie, Forcalquerii, et Pedemontis comes regnorum suorum anno vigesimo secundo feliciter amen.

Nos Ioannes de Franchica iudex civitatis Giracii, Thomasius de Silurso eiusdem civitatis Giracii regius publicus notarius et testes subscripti ad hoc vocati specialiter, et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur quod discretus vir notariis Nicolaus Tropeanus de Giracio in nostri presentia constitutus, die predicto quartodecimo eiusdem mensis ianuarii dicta quartadecima inditione, ostendit nobis quasdam literas egreggis viri domini Gugliemi de Sabrano Arnoni et Apici comitis videlicet ac per totum Ducatum Calabrie capitanei generalis, directas dicto notario Nicolao, sigillo dicti domini comitis et capitanei generalis, de cera rubea siggillatas, quas vidimus, legimus, et inspeximus diligenter, et erant per omnia integra tenoris sequentis. Et quia praefatum notarius Nicolaus cum inferut factam executionem ad mentem dicti domini capitanei generalis, requisivit nos qui supra iudicem, et notarium, et testes subscriptos, nostrum in hoc officium implorando ut ad suam cautelam et dictorum literarum dicti domini capitanei generalis in publica forma redigere deberemus.

Nos autem dictus notarius requisitionibus ut pote motis annuentes, predictas literas dicti domini capitanei generalis presenti publica forma redigimus de verbo ad verbum nihil in eis addito vel mutato; et presens publicus

instrumento transumptare ad certitudinem, et cautelam predictorum. Datum anno, die, mense inditione, loco videlicet cum nostra quam iudicis subscriptione, nec non et testium rogatorum datum videlicet. † Ego Ioannes de Franchica qui supra iudex civitatis Giracii testor. † Ego Malgerius Valderi testor. † Ego Roberto Lucifero testor. † Ego Robertus de Neapoli testor. † Ego Petrus de Domino Ioanne testor. † Ego magister Ioannes de Neapoli phisicus testor. † Ego Nicolaus de Tartia testor. † Ego Fulco Luciferus testor. † Ego Thomas Luciferus testor. † Ego qui supra Thomas de Sidurso regius publicus notarius civitatis Giracii presens publicum instrumentum scripsi, et subscripsi.